Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



luminatis splendor illustret quo mundi hui⁹ tenebras carere valeamus: et pueniamus ad patriam claritatis eterne P dñm ad Romanos

Fratres Scimus quoniam quecũq; lex loquitur his qui in lege sunt loquitur: ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro coram illo Per legem enim cognitio peccati Nunc autem sine lege iustitia dei manifesta est: testificata a lege et prophetis: iustitia autem dei per fidem ihesu xpi in omnes et super omnes qui credunt Non enim est distinctio Omnes enim peccauerunt et egent gloria dei: iustificati gratis per gratiam ipius: per redemptionem que est in xpo ihesu: quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipius ad ostentationem iustitie sue: propter remissionem precedentium delictorum in sustentatione dei ad ostentationem iustitie eius: in hoc tempore: ut sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est ihesu xpi dñi nostri

Cum autem esset herode: ecce sdm Matheum angelus dñi apparuit in somnis ioseph in egypto dicens: Surge et accipe puerum et matrem eius: et uade in terram israhel Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri Qui exurgens accepit puerum et matrem eius: et uenit in terram israhel Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire Et admonitus in somnis secessit in partes galylee Et ueniens habitauit in ciuitate que uocatur nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per prophetas: quoniam nazareus